***

Atque hucusque (ad Examen vsque & Cenſuram Secundanorum) praefuit & interfuit laboribus

Vir Admodum Reverendus & Excellentiſſimus,

DN. SAMVEL ZEHNER,

SS. Theol. Doctor eminentiſſimus,

Paſtor & Superintendens hic loci vigilantisſimus,

Conſiſtorii Hennebergici Aſſeſſor Spectatisſimus,

nec non

Gymnaſii Schleuſingenſis Profeſſor & Ephorus meritisſimus,

Vir commendabili raraque pietate, ac incomparabili omnigenae eruditionis ſupellectile ad miraculum inſtructiſſimus, ingenuioris & compendioſioris Didacticae apud nos Inſtaurator ingenioſiſſimus.

Etenim, quae extrema Mundi eſt ingratitudo & malitia, ac exinde ira Divini Numinis juſtiſſima, in medio Examinis huius anni curſu & aeſtu, die Aprilis 27. hora VIta matutina,

Doloribus nephriticis, iisque exquiſitiſſimis, correptus & oppreſſus, eiusdem diei veſpertina hora 8., etiam adſtantibus non aduertentibus, piiſſimam ſuam placidiſſime expirauit, & Deo Creatori ſuo reddidit animam,